



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De fide Petri vel Romanæ Ecclesiæ. tit. 36

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

ritum Christi, ex æquo pro omnibus promeritum:
At tamē vñus plūs gratus est altero, & eo melius vñ-
tur in maius commodum. Et ideo ex illo vnicome
rito Christi plūs vel minūs de præmio & gaudiori
cipit corporaliter & spiritualiter, hīc & in futura vñ-
ta.

DE FIDE PETRI, VEL
Romanæ Ecclesiæ.

TITVLVS XXXVI.

TRIA sunt notanda. Primò, quòd sola fides Petri aut Romanæ Ecclesiæ, clivis, quæ saluat, & nulla alia in toto mundo. Secundò, quòd nulla fides cuiuscunq; etiam se st̄e sic in vniuerso mundo denunciatur sicut fides Petri & Romanæ Ecclesiæ. Tertiò, quòd licet fides Petri & Romanæ Ecclesiæ turbabitur, non tamen vincetur aut extinguetur ante iudicium futurum, à nulla potentia Tyrannorum aut malitia hæreticorum.

Primò, hæc fides Petri, Tu es Christus filius Dei viui, Matt. 16. est sola vera fides in toto mundo. Nam pro illa sola orat Christus ne deficiat Lu 22. Si enim non esset vera, Christus nō rogāisset pro illa: Nec beatificāisset Petrum & omnes hoc credentes. Nā inquit Christus Matth. 16. Beatus es Simon Bar Iona &c. Secundò est vera, quia pater eam reuelauit, Mat. 17. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite, Mat. 4. Non ergo ex indoctis fabulis, est hæc fides, inquit Apostolus Petrus, 2. Pet. 1. Ipsi nos audiuiimus hanc vocē de celo delapsam: Tu es filius meus, &c. Etiam habemus Propheticum sermonem Psalm. 2. Filius meus es tu, ego hodiè genui te, &c. Si enim non esset vera hæc fides, pater non eam reuelāsset. Non excusantur ergo Iudei & Gentes Christum contemnentes, 1. Corin. 1. Nos prædicamus Christum, &c.

Secun.

Secundò, hanc fidem Petri quam tenet Romana Ecclesia, facit Deus denunciari per vniuersum mundum, de qua plurimum gaudet Paulus Roma. i. Gratias, inquit, ago Deo meo, quia fides vestra in Christum, denunciatur in vniuerso mundo. Et David Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, id est, fama Euangelij, & in fines orbis teræ verba eorum, Rom. 10. Et Christus dicit Marci yltimo Apostolis: Ite in mundum vniuersum: non iubetur fides Iudaica aut Gentilicia sic prædicari in vniuerso mundo &c. quia sola hæc Christi fides est vera & salutaris.

Tertiò, prædixit Christus Petro, Luc. 22. quod fides sua impugnabitur, sicut triticum in cribro &c. Sed ego rogaui pro te, ut nō vincatur fides tua, id est, Mea oratio efficax est apud patrem, sic quod non vietetur & eradicabitur fides tua, etsi tyranni & heretici contra eam pugnabunt, sed nec portæ inferorum spirituales, id est, vitia & peccata, nec visibiles tyranni præualebūt. Tu ergo tempore heresum & persecutionum confirmas fratres tuos. Et ad te & fidem tuam respiciant tribulati tempore persecutionis. Fides igitur hæc Petri vincet omnes aduersarios propter Christi adstantiam.

At dices: Hanc fidem Petri, Tu es Christus filius Dei vivi, omnes heretici habent & fatentur: ergo omnes salvantur? Resp. Ioannes Euangeliſta & Apostolus i. Ioan. 3. dicit, Hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine Iesu Christi filii eius, & ut diligamus alterutrum. Heretici tametsi fatentur fidem, non tamen habent charitatem, id est, unitatem, sine qua fides est inefficax, 1. Corinth. 13. Si habuero omnem fidem &c. Sed odium hereticorum non extinguet fidem &c. Hæc etiam experientia docet in Africa, Germania, Bohemia, & alijs regnis & ciuitatibus, quæ ubi primùm se retraxerunt à sede Apostolica & fidei Petri,

Petri, ilicò facti sunt hæretici, & in varia schismata inciderunt, & postea amissio fidei secuta est. Ethoc etiam est vnum studium concionatorum schismatæ corum, vt populum auertant ab obedientia & fide Petri. Sic Donatistæ in Africa, Arriani in Græcia, Hussitæ in Bohemia, Luterani in Germania. Sic duo imperia, 12. regna, 800. ciuitates grandes, postquam à fide Petri & sede Apostolica recesserunt, securæ sum multæ clades, bella, homicidia: sed quam diù manerunt sub fide & obedientia Petri, illa regna & ciuitates, tunc nihil potuerunt sectæ, & conseruata est pax. Nam Christus oravit pro fide & sede Petri, & nō sectarum. Luc. 22. Et hęc habet promissionem, quia portę inferorum non præualebunt, Matth. 16. Constantinopolis in fide Christi persecueravit 1100. annos & 21. sed propter schisma Arrianum, quia reliquit Romanę Ecclesię fidem & obedientiam, à Turca est superata, sic etiam Antiochia in qua erant 366. Ecclesiæ. Videat Germania &c.

Romani olim ut possent dominari omnibus Gentibus, permiserunt & dederunt cuilibet prouincia & ciuitati Deum, quem petebant. Nam videntes populos amaricatos, & factos rebelles regi Assyriorum Nabuchodonosori, quod per Holofernem omnes illorum Deos exterminare fecit, ut solus regnaret, Iudith 3. ideo promiserunt, ut aliqui Herculem, Iouem id est, mortuos homines, aliqui talpas & vespertilio. nes Esai. 2. aliqui bouem, ut Aegyptij: Aliqui draconem ut Babylonij, Daniel. 14. &c. Hęc Lyra superil. lud Roman. 1. Mutauerunt gloriam Dei, &c. Sichodiè principes & potentes, ut solū dominari possint, permittunt eos acceptare fidem & sectam, quam volunt, Luteranam, Zuinglianam, &c. Nemo ponderat Paulum, qui dicit, Ephe. 4. Vna fides, vnum Baptisma, & 1. Corint. 13. Si habuero omnem fidem, non autem charitatem, id est, ynitatem &c. At sicut peccatum.

TITVLVS XXXVII. 141

peccārunt Romani grauissimè, & etiam puniti sunt,
sic iam potestas peccat, hanc libertatem credendi per
mittens.

QUID SIT FIDES.

TITVLVS XXXVII.

Fides sunt notanda. Primo, quid sit fides Christiana. Secundo, Cur Deus illam exigit ab homine: Tertio, Qui sunt fructus eius. Primo, fides est fiducia certa consequendarum rerum, quæ promissæ sunt à DEO, pœnitenti corde propter Christum. Hebr. ii. Fides est substantia, id est, certa fiducia, non dubitatio, non opinio: qui enim dubitat, Deum mendacem facit, id est, tenet eum pro incerto in suis verbis & promissis, i. Ioann. 5. Secundo, ad impetranda illa quæ sunt promissa propter Christum, qualis est remissio peccatorum. Actor. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, &c. Donatio Spiritus sancti, Ioan. 14. Vita æterna, Ioan. 3. quam dabit pater in nomine meo: &cç. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Tertio, Pœnitenti corde. Nam promissio misericordie non apprehenditur sine pœnitentia cordis & contritione, Marc. 1. Pœnitentia, & credite &c. Quartò, propter Christum, qui est causa misericordiæ, non tua fides & opera, Coloss. 1. Complacuit patri sibi omnia, &cæt. Nota, fides est substantia, id est, fundamentum: at supra fundamentum erigitur ædificium, id est, bona opera, i. Corinthior. 3. Fundamentum est Christus &c, non ergo ociosa est cogitatio fides.

Secundò, Deus exigit & præcipit fidem, ut sciat homo, quod habeat superiorem dominum, à quo omne venit, quod est & habet bonum, ut in illum solum sperret, illum solum diligit & timeat, Iaco. 1. omne donum bonum, & omne donum perfectum; 2. Corint. tertio.

Kk Non